DE
AEDIUM HOMERICARUM PARTIBUS
COMMENTATIO,

qua ad

Examen Christianei Regii

per

dies XXVII et XXVIII m. Martii publice instituendum

et ad audiendas

juvenum, qui d. XXIX ejusdem mensis scholae valedicent,

Orationes

omnes ingenuarum artium fautores

ea, qua decet, observantia

invitat

Dr. J. H. C. EGGERS,

Gymnasii Director et Professor, Equ. Ord. Dannebr.

ALTONAE,

EX OFFICINA HAMMERICHI ET LESSERI

MDCCCXXXIII.

Dr.

De aedium Homericarum partibus commentatio.

I.

Cum multas antiquitatis Homericae partes diligenter nuper a viris doctis examinatas et summa cura atque industria illustratas esse constat, tum de *domo Homerica* magno ingenii acumine in contrarias partes disputarunt. Quo factum est, ut, quamvis insigne, quod in hac re explananda posuerunt, studium grato animo agnoscendum sit omnibus iustaque et debita laude extollendum, veritas tamen ad liquidum nondum explorata esse videatur. Ab omnibus enim, qui in hac re elaborarunt, quaecunque in singulis partibus describendis sententiam defenderant, artificiosiorem in universum et perfectiorem aedes exstruendi rationem heroicis temporibus adscriptam esse, quam cetera eius simplicitas permittit [1], accuratius rem perscrutanti facile apparet. Quo saepius vero heroes, praesertim in Odyssea, in ipsa domo res gravissimas agentes poëta inducit, eo magis ad ea, quae narrantur, recte intelligenda necessarium videtur, perfectam, quantum fieri potest, illius domus animo conceptam habere imaginem [2]. Quod cum ita

[1]) Recte *Schreiberus*, qui nuper domus Homericae descriptionem exhibuit, posteriora tempora interpretes nimia diligentia in multis partibus respexisse contendit (Ithaca, p. 119); ipse autem, tantum abest, ut ubique, quod vituperat, vitarit, ut haud sciam, an opera eius contortior tota res et impeditior facta sit. Cf. *Vossii* expl. h. in Cer. 184.

[2]) Jure iam *Heynius* (obss. in Il. VI, 243), nullum posse plenum fructum esse, dicit, nisi rem ante oculos positam habeas.

sit, operae pretium est, perlustrare denuo carmina Homerica, eaque, quae veram domus antiquissimae et expressam imaginem praebere possint, diligenter inter se comparare. Quod si ego, ut discipulorum curae meae commissorum commodis hoc quoque libello scholastico inserviam, in me suscipio, tantum abest, ut me ubique vera vidisse, nec unquam a recta via aberrasse arbitrer, ut ea tantum, quae in singulis, quas persecuturus sum, partibus verisimiliora videntur, ita me disposuisse existimem, ut et inter se plane consentiant, nec Homericae aetatis naturae repugnent.

II.

Ac primum quidem quaeri potest, num *tota* domus, tanquam arx, *septo* quodam vel *muro*, *ἕρκει* vel *τειχίῳ*, ita cincta fuerit, ut vacua inter hunc murum ipsamque domum area relicta sit. Alii hoc statuunt, alii videntur negare [3]. Horum rationem probandam esse, eo intelligitur, quod omnes, quibus eiusmodi murum toti aedificio circumdatum fuisse, illi efficere student, loci ita comparati sunt, ut de sola aulae maceria cogitari debeat. Ut Od. XVII. 267: *ἐπήσκηται δέ οἱ αὐλὴ τοίχῳ καὶ θριγκοῖσιν*, Od. XVIII, 102: *ποτὶ ἑρκίον αὐλῆς εἷσεν ἀνακλίνας*, Od. XXII, 459: *μεσσηγύς τε θόλου καὶ ἀμύμονος ἕρκεος αὐλῆς*.

Quod si murum aliquem magnum altumque et loricis instructum cinxisse regiam negamus, etiam areis hoc muro inclusis eam caruisse, per se intelligitur. Λαύρην Vossius huc retulisse videri potest; laudat enim Od. XXII, 128: *ἦν ὁδὸς ἐς λαύρην*; sed hanc *publicam viam*, *δημοσίαν στενωπόν* fuisse, iam veteres viderunt [4]. Deinde portas statuit in his cortibus fuisse duas, quarum una ex ea

---

[3]) In illis numerandus est praeter *Vossium* (in explicatione imaginis domus Homericae aeri incisae, quam adiecit Odysseae in sermonem patrium conversae) *Hirtius* (Gesch. d. Bauk. I, p. 209) et *Schreiberus* (Ith. p. 120); in his, ni fallor, *Schneiderus* et *Cammannus*; neuter enim eorum hunc murum commemorat. *Heynium* non satis intelligo. Memoratur, inquit (Obs. in Il. IX, 469), *aula cum septo*, quod cingebat *totam habitationem*. Sed haec habitatio potest esse aut patris aut filii.

[4]) Quomodo *Schreiberus* hanc *λαύρην viam coopertam* interpretari potuerit, equidem me non videre fateor. Eustathii *ἄμφοδον* ita accipi non posse apparet; Schol. autem non in hortum, sed in anteriorem domum hanc viam duxisse refert. Nos sequimur *Schneiderum*, qui (Epimetr. p. 278) *στόμα λαύρης ostium ad viam publicam ducens* recte interpretatur. Videtur angiportus fuisse regiam

aedium parte, in qua mulieres degerint, in cortem andronitidi adiacentem, altera ex hac corte in domus atrium duxerit. Sed illa ianua, quam pulsasse dicitur Telemachus (Od. XXII, 394), eadem est, quam claudere Eurycleam iusserat; hanc vero in aulam duxisse, vel inde patet, quod αὐλῆς καλὰ θύρετρα Homerus (Od. XXII, 137) eam appellat. Hortorum denique, qui circa domum Oenei Argis habitantis fuisse narrantur, ita mentionem facit poëta (Il. XIV, 123), ut errare nobis non videamur, si una cum agris, qui ibidem commemorantur, a domo disiunctos eos et longius remotos fuisse iudicamus.

Posticam autem *aream* vel *cortem* domui Homericae adiectam fuisse, vix negari potest. Primum enim in hac area oleam illam fuisse necesse est, quam ita parietibus Ulixem inclusisse legimus (Od. XXIII, 190), ut pro lecti fulcro truncus ei esse posset. Deinde in ea anseres alebantur, quos ab aquila occisos somnians vidit Penelope (Od. XIX, 536).

His ita expositis, equidem domum Homericam lapidibus politis exstructam (Il. XVI, 212; Od. X, 211) cum aula sua et corte postica utrinque ipsam plateam attigisse existimo.

III.

Singulas *domus partes* ipse enumerat poëta, fabros dicens Paridi exstruxisse θάλαμον καὶ δῶμα καὶ αὐλήν (Il. VI, 316). Aula erat area magna inter domum et plateam posita. Ex ea intrabant in domum, quae duas partes habebat primarias, quas andronitidi et gynaeconitidi posteriorum temporum comparare licet. Antequam vero ex aula ingrederentur in domum, πρόδομον transire debebant et πρόθυρον.

Πρόδομος, *domus anterior*, longum illud et satis amplum spatium complectebatur, quod sub porticu aedibus adiuncta ante thalamos, in quibus filii familias

---

ab aliis aedificiis disiungens. Vicinos enim Ulixi fuisse intelligitur ex Od. XXIII, 135, ubi servos et ancillas saltare eum iussisse legimus,

ὥς κέν τις φαίη γάμον ἔμμεναι, ἐκτὸς ἀκούων,
ἢ ἀν' ὁδὸν στείχων, ἢ οἳ περιναιετάουσιν.

Alcinoi vicinum patrem suum Minerva fingit Od. VII, 29.

habitabant, ad utrumque ianuae latus patebat. Quod, quamvis inter se dissentiunt doctissimorum hominum sententiae [5]), potissimum ex iis locis intelligitur, ubi iisdem hospitibus, qui advenerant, lecti modo ὑπ' αἰθούσῃ, modo ἐνὶ προδόμῳ strati esse dicuntur, ut Priamo eiusque praeconi Il. XXIV, 673 et 644; Telemacho et Pisistrato Od. IV, 297-305, coll. XV, 5. Accedit, quod Ulixem legimus Eumaeum subulcum invenisse sedentem ἐνὶ προδόμῳ, ἔνθα οἱ αὐλὴ ὑψηλὴ δέδμητο (Od. XIV, 5), ex quo aulam hunc πρόδομον attigisse facile est coniicere; quod in Amyntoris aedibus hanc domus partem opponi videmus alteri porticui, quae aulae dicebatur (Il. IX, 472); denique quod Phoenissam, nutricem suam, cum fugeret, domo egressam tria hinc pocula abstulisse Eumaeus hospiti suo narrat (Od. XV, 466).

Ab hac anteriori domus parte equidem πρόθυρον, quod *atrium* interpretatur Ernesti (Od. XX, 355), semper distinguendum esse iudico [6]). Hoc enim πρόθυρον, sive de aula, sive de domus primo aditu dicitur, semper illud intervallum est, quod inter porticum et ianuam duobus thalamis includitur. Unum igitur πρόθυρον pars aulae erat, alterum ex porticu ante domum ducta, i. e. ex προδόμῳ, in interiores aedes ducebat. Hoc illud πρόθυρον est, ex quo cedere Ulixem Irus mendicus iubet, in quo pugna, quae ex altercatione προπάροιθε

---

[5]) Varias veterum Grammaticorum opiniones et *Heynius* collegit (obs. in Il. IX, 468), qui ipse cum *Rambachio* (*Pott. gr.* Archaeol. T. III, p. 858) πρόδομον porticum ante domum ductam fuisse censet (obs. in Il. XXIV, 673), et *Schreiberus* (Ith. p. 132) qui, nescio qua ratione ductus, interiorem aliquem recessum inter porticum et domum ita appellatum eique thalamos superstructos fuisse statuit. *Schneideri* (Epimett. p. 267) cubiculum sub ipsa porticu et ante thalamum dominicum positum non habet, quo se tueri possit. Omnino non fuisse cubiculum, optime docuit *Nitzschius* (Od. IV, 896). Πρόδομον partem porticus fuisse putat *Hirtius* (l. c. p. 211).

[6]) *Heynius* (l. c.), videmus, inquit, πρόδομον, πρόθυρον, παραστάδας unum idemque declarare. Assentitur *Cammannus* (Vorschule z. Il. u. Od. d. Hom. p. 325). Partem domus anterioris (προδόμου) etiam hoc atrium habet *Hirtius* (l. c.). *Nitzschius* (Od. IV, 20) intra aulam hoc πρόθυρον fuisse suspicatur; *Schneiderus* vero (l. c. p. 271), apparet, inquit, πρόθυρον ante coenaculum positum, plane ut *Vitruv.* (VI, 7), cui πρόθυρα sunt ante ianuas vestibula. Non ipsam ianuam esse πρόθυρον, quod *Schreiberus* (l. c. p. 123 et 124) statuit, cum ex locis allatis per se intelligitur, tum confirmatur vocabulo ἀντίθυρον (Od. XVI, 159), quod locum declarat, qui e regione ianuae est. Testium πρόθυρον, veri simile est, in famularum habitatione fuisse (Od. VIII, 277).

θυράων οὐδοῦ ἐπὶ ξεστοῦ orta erat, inter utrumque committitur, ex quo, certamine finito, victum Ulixes trahit, donec ad porticum et ad aulam pervenit (Od. XVIII, 10-101); hoc illud est, per quod Melanthium in aulam ad supplicium servi ducunt (Od. XXII, 474), per quod transire debebant, qui e domo volebant effugere (Od. XVIII, 385), per quod Minerva, ut Martem furentem retineret, foras properabat (Il. XV, 124); denique haec fortasse ea sunt πρόθυρα, in quibus Circen canentem audiebant miseri Ulixi socii (Od. X, 220), quoniam bestiae, quas circa domum invenerant, vix alibi, quam in aula, fuisse cogitari possunt.

IV.

In hoc πρόθυρον ii, qui adveniebant, ex porticu per *ianuam* intrabant, quae aulam spectabat. Quare haec et αἰθούσης θύρα nominabatur, et αὐλῆς καλὰ θύρετρα (Od. XXII, 136), et interdum θύραι, cum, non solum procos προπάροιθε θυράων in aula ludo se delectantes deprehendamus (Od. I, 107), sed conciones etiam ad eas (ἐπὶ θύρῃσι) habitas esse videamus (Il. II, 788; VII, 346). *Alia ianua* ex atrio in magnum conclave ducebat, in quo viri quotidie versabantur. Haec saepissime commemoratur in carminibus Homericis. Ad hanc (ἐνὶ θύρῃσι θεᾶς, Od. X, 310, i. e. ἐν προθύροις) stabat Ulixes, cum Circen evocaret; in huius limine orta est cum Iro altercatio (Od. XVIII, 32); ab hac procos aggressus domum recuperavit (Od. XXII, 76 sqq.). Ab huius ianuae *limine angusta via* in alterutrum latus flexa in publicum ferebat. De hac via ita Homerus (Od. XXII, 127):

ἀκρότατον δὲ παρ' οὐδὸν ἐϋσταθέος μεγάροιο
ἦν ὁδὸς ἐς λαύρην, σανίδες δ' ἔχον εὖ ἀραρυῖαι.

Videmus igitur, prope ipsum limen (οὐδόν), in quo stabat Ulixes, inter virorum coenaculum (μέγαρον) [7]) eosque thalamos, qui e regione huic exstructi fuisse putandi sunt, illam viam (ὁδόν) in plateam (ἐς λαύρην) duxisse. Cum hac via commemoratur a poeta ὀρσοθύρη, de qua vix dici potest quam variae propositae

7) Sequimur Schneiderum (l. c. p. [illegible]); Faesius pro sua aedium Homericarum descriptione μέγαρον totam domum significare putat.

sint sententiae [8]). Primum quidem, nomen eam inde habuisse apparet, quod alta fuerit, ut gradibus ad eam ascenderetur. Deinde ubi patuerit, vix dubitari potest. Fuerunt quidem, qui in alterutro coenaculi pariete sive dextro, sive sinistro eam excisam fuisse existimarent [9]); sed quomodo ita non procul ab aulae porta abfuisse (Od. XXII, 136), vel quomodo Phemius, cum prope eam staret, de fuga ex conclavi in aulam cogitasse (Od. XXII, 333) dici potuerit, intelligi non potest. Utrum ad laevam an ad dextram a ianua eam fingamus, nihil refert, neque ullo ipsius poëtae testimonio id diiudicari potest; illud vero certum est, eam in adverso pariete proxime *πρόθυρον*, quod aulae porta claudebat, apertam fuisse, et in angustam, quam supra commemoravimus, viam duxisse, per quam solam, si obsessum erat ianuae principalis limen, in plateam perveniri poterat.

V.

Ab hac orsothyra distinguuntur *ῥῶγες μεγάροιο*, quibus in Ulixi thalamum ascendisse dicitur Melanthius, ut armis procos instrueret (Od. XXII, 142). Vulgo *ῥῶγας*, etymologiam sequentes, aperturas interpretantur parietis, alii cum Dammio et Vossio gradus intelligunt vel scalam. Nos in vulgari acquiescimus ratione, praesertim cum omnino dubitari possit, *num virorum habitatio habuerit conclavia superiora*. Nam praeter illum thalamum, in quem Ulixes cum filio arma detulit (*εἴσω κατέθηκεν*, Od. XIX, 4), nullus usquam ei similis neque in Iliade, neque in Odyssea commemoratur. Quaeritur igitur, nonne satius sit statuere, ne hunc quidem in superiori aedium parte positum fuisse. Solum illud verbum *ἀναβαίνειν*, quod de caprario arma afferente dicitur, videtur viros doctos, ut virorum quoque *ὑπερώϊα* statuerent, et *ῥῶγας* gradus fuisse censerent, seu scalam, qua eo ascen-

---

[8]) Varias interpretationes affert *Schreiberus* (p. 185, sqq.), ex quibus, quoniam alta fuerit, non solum de *ianua*, sed de *fenestra* etiam grammaticos cogitasse intelligimus.

[9]) Ita cum *Vossio Schneiderus* (l. c.), qui in pariete viae publicae obverso hanc fenestram excisam fuisse putat. *Schreiberus* (p. 189) in dextro coenaculi angulo eam fingit, ductus fortasse his verbis *Eustathii*: *ταύτην στοχάζονταί τινες ἐν γωνίᾳ ἐκ δεξιῶν εἶναι τῷ* Ὀδυσσεῖ — *οὖσαν ἔν τινι διαχώρῳ τοῦ τοίχου στενωτάτῳ*. Quae ipse affert, ad suam sententiam probandam partim nostram rationem confirmant, partim falsa, ut nos quidem putamus, de gynaeconitide opinione nituntur. *Hirtius* (p. 218) in superiorem aedium partem hanc ianuam duxisse putat.

deretur, permovisse. Mihi quidem cum hoc quasi armamentario ceteros, in quos viri abiisse narrantur, thalamos conferenti probabilius videtur, eam, in quibus viri habitarent, domus partem ὑπερωΐοις plane caruisse. *Priamus*, ut breviter singula percurram, (Il. XXIV, 121) descendit in thalamum, sed eodem ad se advocat Hecubam, ut coniicere possis, in gynaeceo eum fuisse [10]. Cui opinioni neque illud obstat, quod non domo exiisse, sed statim ex porticu Troianos expulisse senex narratur, neque quod filios res pretiosas, quibus Hectoris occisi corpus rex redimeret, ex hoc thalamo apportasse legimus. Cum enim non semper ita narrat poëta, ut singula quaeque accurate persequatur, tum filiis ac servis aditum in mulierum habitationem patuisse notum est [11]. Habemus praeterea *Menelai* thalamum (Od. XV, 99); sed non solus hic in eum descendit, sed cum Megapenthe etiam Helena, quae in eodem conclavi res suas pretiosissimas repositas servat. Exeunt deinde per domum (διὰ δώματος), donec perveniunt ad Telemachum, qui in aula remanserat; traditis autem huic donis et in currum impositis, cum eodem in domum redeunt. Restat thalamus *Ulixi*, cuius cura Eurycleae mandata erat, Od. II, 337. Sed hunc quoque in mulierum habitatione fuisse, vel inde apparet, quod sub noctem demum, dormiente Penelopa, viatica inde se arcessiturum Telemachus dicit [12].

Quae si recte disputata sunt [13], equidem hunc unum fuisse ex iis thalamis putaverim, qui porticum versus domui adstructi erant. In hunc per aperturam non longe a ianua principali in pariete factam ex coenaculo paullo altius depresso

---

10) Num hic thalamus idem sit, qui commemoratur Il. VI, 287, quaeri vix opus est. Plures enim in gynaeceo Homerico thalamos fuisse tanquam cellas penarias et promptuarias, veri simile est. *Thesaurorum* quoddam genus eos fuisse, acute suspicatur *C. O. Muellerus* (Hdb. d. Archaeol. d. Kunst. p. 29).

11) Nota sunt, quae narrantur de Medonte Od. IV, 679 et de Eumaeo Od. XVII, 507.

12) Aut idem aut alius eiusdem gynaecei thalamus est is, qui commemoratur. Od. XXI, 7.

13) Alteram hanc ὀρσοθύρην fuisse, ii statuebant, qui duos ex coenaculo exitus secundarios fuisse censebant. *Eustathius* enim refert (T. II, p. 275. ed. Lips.): *ἐν τούτοις δέ φασιν οἱ παλαιοί, καὶ ἑτέραν ὀρσοθύρην εἶναι, δι' ἧς ἀνελθὼν εἰς τὸ ὑπερῷον Μελάνθιος ἀνείλετο τὰ ὅπλα.* Ita fere *Hirt.* p. 218.

ascendi poterat. Num etiam ex ea domus parte, quae πρόθυρον appellabatur, introitus fuerit, quod fieri potuisse apparet, dubium videri potest [14]. Sed cum Telemachus ideo Melanthium dicat facile in hunc thalamum pervenire potuisse, quod ipse ianuam reclinarit tantum, non occluserit, cumque Ulixes, procos se cum filio a limine prohibiturum, promittat, ut Eumaeus et Philoetius eum sequi possint, veri similius est, unum tantum huius conclavis eumque ex coenaculo aditum fuisse.

VI.

Iam illud ipsum *conclave ingens*, in quo a primo mane usque ad vesperum fere viri versabantur, quodque *μέγαρον* Homerus aut *μέγαρα* plerumque appellat, ad varios vitae quotidianae usus commode erat instructum.

Primum enim peculiaria in domibus Homericis *balnearia* fuisse, equidem mihi persuadere nequeo, quoniam, quamvis saepissime viros balneo utentes videamus, nusquam tamen loci, ubi hoc factum sit, ullam mentionem iniectam invenimus [15]. Ipsa potius balnearum solia (*ἀσάμινθοι*), in quae descendunt et ex quibus prosiliunt heroes, ita ubique commemorantur, ut statim ex iis ad sellas suas eos accessisse inveniamus. Ita Telemachus lautus continuo propter Nestorem (Od. III, 468); ita idem cum Pisistrato propter Menelaum (Od. IV, 51); ita in aedibus Alcinoi Ulixes, quem neque exiisse e conclavi, neque eo rediisse legimus, propter convivas (Od. VIII, 456) considit. Idem fere narratur Od. XVII, 90; XXIII, 163; Il. X, 577. Ubi in coenaculo steterint illa solia, definiri non potest; id tantum certum videtur, loco aliquo ab eo, ubi convivia celebrabantur, paullo remotiori ea constituta fuisse. Nam

---

14) Apollonius, quem laudat *Schreiberus* p. 125, ὁ Μελάνθιος, inquit, *διὰ τῆς ὀρσοθύρας ἀνέβη, ὁ δὲ* Εὔμαιος *καὶ Φιλοίτιος κατὰ τὴν ἔξω περίοδον.* Si edita in andronitide conclavia statuere necesse esset, equidem haec iis thalamis superstructa fuisse putarem, in quibus filios familias habitasse constat.

15) *Balneum Vossio* in eo est thalamo, in quo nos arma Ulixem reposuisse existimamus. *Schreiberus* (p. 134) cum *Hirtio* sub porticu lavationem paratam fuisse putat. Jure de balneo mihi videtur dubitare *Nitzschius* (Od. IV, 49).

non solum semel; quod sciam, (Od. X, 366) inducuntur [16]), qui lauti et uncti sunt, in coenaculum, i. e. in eum, ubi convivae epulantur, locum; sed Helena etiam Troiae, dum in aedibus Priami more antiquo Ulixem lavat, clam cum eo colloqui potest (Od. IV, 252).

Deinde in magno hoc coenaculo *focus* erat, in quo iam mane ad varios usus domesticos ancillae ignem accendere solebant (Od. XX, 123) [17]) qui primum lucis [18]) et caloris [19]) causa, deinde ut aqua, qua advenientes lavarentur, calefieret, per totum diem ali solebat. Ita Arete, dum ipsa cistam effert ex thalamo, tripodem igni imponere ancillas iubet (Od. VIII, 435), quod vix alibi, quam in eo ipso, in quo versabantur, conclavi fieri poterat; ita Euryclea (Od. XIX, 596), ut Ulixi prope focum sedentis pedes lavet, quamquam coenaculum non reliquerat, aquam fervidam frigidae miscet, qua demum effusa aquam petitura domo exit; ita denique ex ancillis Circae variis *in coenaculo* negotiis occupatis, uni mandatum erat, ut aquam afferret et igne accenso calefaceret (Od. X, 358.) Possunt denique in hoc conclavi convivia videri apparata et cibi adeo in foco cocti esse. Nullam enim usquam neque in Iliade neque in Odyssea *culinae* vestigium reperiri potest [20]). Accedit, quod in Achilli tabernaculo (Il. IX, 205), quod aliquam cum domo maiore similitudinem habuisse constat (Il. XXIV, 448), eo ipso loco, ubi inter se consalutarunt, statim caro assatur et apponitur; quod igne accenso in casa Eumaei (Od. XVI, 1) prandium paratur; quod caprarum ventres (Od. XVIII, 46), quorum unum alteri mendico, qui victurus sit, Alcinous pollicetur, in ipso coenaculo in igne iacent; dicit enim ille: *γαστέρες αἵδ' αἰγῶν*

---

16) *Εἰςάγεσθαι* hic de eo, qui ulterius producitur, dictum esse potest, ut *εἰςέρχεσθαι* Il. VI, 354 aperte de eo, qui ulterius progreditur.

17) Non semper igitur *sub noctem* demum ignis accensus est, quod ex nonnullis locis (ut Od. VII, 7) effici posse videbatur.

18) De *fenestris* nihil habet *Homerus*. Quid alii statuerint, exponit *Schreiberus* p. 149.

19) *Caloris* causa saepe ignis accenditur, cum Ulixem sub extremum auctumni tempus in patriam revertisse probabile sit.

20) *Hirtium* sequimur (l. c. p. 212) et idem statuentem *Schreiberum* (p. 146). *Vossius* tholum culinam fuisse existimabat.

κέατ' ἐν πυρί: denique quod Penelopa sermones procorum in virorum domo prandium apparantium audit (Od. XX, 387). Hinc fortasse sunt formulae sollennes: *κατὰ δώματα δαῖτα πένεσθαι* (Od. III, 427, coll. II, 322) et *δεῖπνον ἐνὶ μεγάροις τετυκεῖν* (Od. XV, 77 et 94)[21]. Hic focus nil nisi fundamentum quoddam erat e regione ianuae principalis prope gynaecei aditum humi positum (*Nitzsch.* expl. Od. V, 59), ut Ulixi, cum ad Areten ad focum lanificio operam dantem confugeret, per totum eundum esset coenaculum (Od. VI, 305, VII, 139). Praeter focum in Ulixi domo etiam tres erant *foculi* (*λαμπτῆρες*, Od. XVIII, 306; XIX, 63), in quibus, ut lucerent, ligna arida taedis mixta sub noctem incendebantur. In domo autem Alcinoi (Od. VII, 100) pueri aurei per noctem faces manibus tenebant, quos statuas aureas recte interpretatur *Nitzschius*. *Camino* domus carebat. Commemoratur quidem *καμινώ* (Od. XVI, 27), i. e. mulier camini fuligine oppleta; sed hic caminus fornax est, in qua aut fruges torrebantur, aut vasa fictilia coquebantur igneque durabantur, cf. Epigr. Hom. 14. *Fumum* denique, veri simile est, per tecti foramen exiisse, cum canales nostri quadranguli, lateribus constructi tectoque eminentes illa aetate omnino ignoti fuisse videantur[22].

VII.

Ingens hoc altumque coenaculum multis fultum erat *columnis*. Telemachus enim, collustratas esse singulas eius partes admirans, parietes, intercolumnia, trabes et columnas enumerat (Od. XIX, 37). Ex his columnis aliae videntur ipsis parietibus adiunctae et ita dispositae fuisse, ut modica inter eas et ubique paria intervalla (*μεσόδμαι*) relinquerentur. Harum quae proxima erat a porta principali sive ad dextram, sive ad sinistram, striata fortasse aut striato capitulo

---

21) *Sub dio* coena paratur aut iis, qui in agris opus faciunt (Il. XVIII, 558), aut populo diem festum agenti (Od. III, 5.).

22) *Μέλαθρον* hoc foramen dictum esse, quae *Rambachii* (*Pott.* Arch. III, p. 361) et *Schreiberi* (p. 146) est sententia, mihi non persuadeo. Probabilior est *Nitzschii* ratio *ὀπαῖα* (Od. I, 321) ita interpretantis. Nostra fumaria non tam necessaria videntur fuisse, quam cum *Hirtio* statuit *Schreiberus*.

instructa et septo cincta, videtur notissima illa fuisse δουροδόκη, (hastarum receptaculum,) ad quam et adventantis Minervae (Od. I, 128) et suam ipsius, cum ex agro rediisset (Od. XVII, 27), hastam Telemachus reclinabat [23]). Ad alias columnas ii, qui in coenaculo aderant, non modo vates inter medios convivas applicantes, ut in aedibus Alcinoi Demodocus (Od. VIII, 66 et 473), sed etiam rex ipse, ut Ulixes (Od. XXIII, 90), aut regina, ut Arete (Od. VI, 307), sedere consuerant.

Difficile videri potest, definire, ubi *craterae* in coenaculo locus fuerit, cum, quae Homerus habet, quodammodo inter se repugnent. Nam Od. XXI, 141, ubi procos arcum tendere iusserat Alcinous ἀρξαμένους τοῦ χώρου, ὅθεν τέ περ οἰνοχοεύει, omnium primus surrexit Liodes, ὅς σφι θυοσκόος ἔσκε, παρὰ κρητῆρα δὲ καλὸν ἷζε μυχοίτατος αἰεί. Quid sit μυχοίτατος, ubi de virorum habitatione agitur, ostendit Od. VII, 96, ubi throni collocati sunt ἐς μυχὸν ἐξ οὐδοῖο et Od. XXII, 270, ubi proci dicuntur a ianua ἀναχωρῆσαι μυχόνδε. Mensa igitur, in qua apposita erat cratera, ad eum steterit necesse est parietem, qui gynaeceum ab andronitide separabat; ita ut vinum aqua mixtum dextrorsum inde pergentes scyathis in pocula infunderent ministri (cf. *Buttmanni* Lexil. I, p. 175). Certo quodam ordine (ἑξείης, Od. IX, 8) sedebant, qui ad coenam venerant. Illi mensae proximi erant reges regumque filii cum hospitibus, si qui forte aderant. Sequebantur pro sua quisque dignitate ceteri convivae [24]). Sed alio loco (Od. XXII, 341) Phemius narratur stans prope ὀρσοθύρην, cum aliquamdiu

24) *Hirtium*, qui intercolumniorum unum hastas recepisse putat, iure refutare studet *Schreiberus*, in eo verum videns, quod non procul ab aditu δουροδόκην fuisse, docet. Ita non necesse est, etiam in atrio stetisse columnas, ad quas hastae eorum, qui non diu in aedibus moraturi erant, reclinarentur, cum *Vossio* statuamus. In tabernaculis hastae ad parietes acclinatae stabant (Il. XIII, 264).

25) Il. IV, 259; XII, 310. Honoris causa viris amplissimis non longe a cratera locus assignabatur; mendico Ulixi ex adverso non procul a ianua (Od. XX, 258), cum primo in ipso limine fraxineo consedisset Od. XVII, 339; XVIII, 109). Qui cuique carissimus erat, is ei ex adverso sedebat. Achilli cithara canenti in tabernaculo Πάτροκλος οἶος ἐναντίος ἧστο σιωπῇ, cum autem advenissent Agamemnonis legati, cibis appositis, ipse Achilles ἀντίον ἷζεν Ὀδυσσῆος (Il. IX, 190, 218). In regia Telemacho ex adverso sedet bubulcus (Od. XVII, 334), Eurymacho caprarius (l. c. 257); in Eumaei casa hic ipse Ulixi hospiti suo (Od. XVI, 53).

secum reputasset, utrum per hanc ipsam ianuam in aulam effugeret, an veniam ab Ulixe peteret, postremo citharam deposuisse μεσσηγὺς κρητῆρος ἰδὲ θρόνου ἀργυροήλου, domini genua amplexurus. Ubi ὀρσοθύρη fuerit, supra expositum est. Videtur igitur Ulixes ad occidendum Liodem, qui solebat prope cratera sedere, ad aversum conclavis parietem progressus esse, ut vel post tergum eius in aulam effugere posset Phemius, vel, si sibi ignosci vellet, ad eum locum accurrere deberet, ubi Liodes antea sederat [24]). Ita omnis videtur sublata esse repugnantia.

Denique quaeri solet, ubi *sellae* epulantium in hoc conclavi positae fuerint. Ad parietes, alii respondent; in medio coenaculo, alii (*Hirt.* p. 213. *Schreib.* p. 142). Homerus, ni fallor, dirimit controversiam, quod cum saepe dicuntur heroes ἧσθαι τοίχου τοῦ ἑτέρου (Il. IX, 219; XXIV, 598), tum thronos si minus parietibus infixos, at tamen ad parietem applicatos invenimus (Od. VII, 95).

VIII.

Locus *de mulierum habitatione* varie tractatus est. Fuerunt, qui in superioribus tantum aedium partibus mulieres habitasse existimarent, alii ex duabus partibus, et superiore et inferiore, earum domum constitisse indicarunt [25]). Jam persequamur singula. Primum quidem maius quoddam conclave, (modo θάλαμον Homerus vocat, modo μέγαρον, Il. III, 125 et 142), in quo ancillae, moderante regina, in muliebri opere occupatae tenebantur, ita adiunctum fuisse virorum coenaculo necesse est, ut ex uno in alterum continuo transiri posset. Medon per domum festinat ad Penelopam, procorum consilia ei indicaturus, deinde redit (ἀπέβη κατὰ δῶμ' Ὀδυσῆος), reginam cum ancillis in thalamo relinquens; tum demum haec hortante Euryclea in superiora conclavia ascendit (Od. IV, 659 sqq.).

---

24) Sic ab intrantibus ad laevam, non ad dextram (*Schreib.* p. 145), non in angulo abdito, sed ex adverso ianuae craterem conspectum esse, dequisse mihi videor.

25) Distinguunt superiorem habitationem a thalamo cum *Vossio Hirt.* et *Nitzsch.* (Od. I, [illegible]); superiorem tantum statuunt *Rambach.* (Pott. gr. Arch. III, [illegible]); *Heyn.* (Il. VI, 242; XVI, 184). *Schreiber.* (l. c. p. [illegible]), *Cammann.* (hom. Vorsch. p. [illegible]) et *Schneider.* (epimetr. p. [illegible]), qui θάλαμον ὑψηλόν putat ὑπερῷον esse.

Alio loco Penelopa sedens in thalamo advocat Eumaeum eumque hospitem ad se arcessere iubet. It reditque bubulcus, sed neque ascendisse eum, neque descendisse legimus (Od. XVII, 507, sqq.). Prodit ex hoc thalamo Helena (Od. IV, 121) in virorum coenaculum, prodit Penelopa (Od. XIX, 53), prodeunt ancillae ad tollenda omnia et suo quaeque loco reponenda (l. c. 60). Fuisse hic thalamus dicitur in intimo recessu domus (Il. XXII, 440) vel thalamorum (Od. XXIII, 41). Ianua in eum ducebat, quam cum Ulixi iussu clausisset Euryclea (Od. XIX, 236, 382, 387), pulsante Telemacho post caedem procorum (l. c. 394, 397) denuo aperuit. Ad huius ianuae postes solebat Penelopa procis apparere, quoties cum iis loqui volebat (Od. I, 332; XVI, 415; XVIII, 209). Ipse thalamus ita attingebat virorum coenaculum, ut, quae in hoc gerebantur, facile a Penelopa audiri possent (Od. XVII, 492; XX, 389). Columnas in eo fuisse non simpliciter contenderim, cum Od. VII, 507 non possit huc referri; focum non nego, cum *μέλαθρον* suum habuerit (Od. XIX, 544) et Penelopa sacrificatura aqua ibi, ni fallor, tepida lavetur (Od. IV, 750, 758, coll. 718; XVII, 48, 58) [26].

A maiori mulierum conclavi in postica hac aedium parte diversum erat *ὑπερῷον* cum minoribus thalamis. Thalamos partim cellas penarias et promptuarias fuisse, notum est (Od. VIII, 439; §. V). In aliis haud scio an filiae nondum nuptae habitarint, ut Nausicaa (Od. VI, 15; VII, 7) in Phaeacum insula [27]). Hoc enim si statuimus, non solum, quomodo Nausicaa, non aliter ac Penelopa, ad coenaculi postes viris apparere et cum Ulixe colloqui potuerit (Od. VIII, 457), facilius intelligitur, sed perspicitur simul, cur virgines quoque interdum in superiorem habitationem ascendisse dicantur. Astyoche enim ex Marte gravida parit Ascalaphum et Ialmenum in *ὑπερωΐῳ* (Il. II, 514) et ibidem Polymelam opprimit Mercurius (Il. XVI, 184). Solitudinem autem ibi et quietem quaesivisse videntur mulieres. Ex quo Ulixes Troiam profectus erat, semper ibi dor-

---

26) *Mulierum balnea* sub porticu fuisse, demonstrari non potest, nec demonstravit *Schreiberus* (l. c. p. 184).

27) *Vossius* Nausicaae thalamum existimat sub porticu fuisse. Videtur hoc quodammodo probari posse eo, quod Od. VI, 51 eam parentes legimus intus deprehendisse; sed etiam qui ex gynaeceo veniebant, *in domum* intrare dicebantur (Od. II, 381).


miebat Penelopa (Od. XVII, 102; XIX, 594), ut, etiamsi interdiu inter ancillas versabatur, sub vesperam tamen eo se reciperet (Od. II, 358). Interdum etiam telam ibi texuisse dicitur (Od. XV, 516). Κλίμαξ, *scala*, qua ascendere et descendere solebat, commemoratur Od. I, 330; XXI, 5. Ceterum hoc ὑπερῷον thalamis tantum posticis, non toti habitationi superstructum fuisse veri simile est (*Muelleri* Hdb. d. Arch. d. Kunst, p. 28).

Ex thalamis unus erat *thalamus coniugalis*, cuius Ulixes meminit Od. XXIII, 178. Hic erat in aversae domus parte intima, ut coniuges μυχῷ δόμου dormivisse ubique dicantur. Sic Nestor μυχῷ δόμου dormit Od. III, 401; Menelaus Od. IV, 304; Alcinous Od. VII, 345. Similiter Achilles quiescit μυχῷ κλισίης (Il. IX, 663), Calypso μυχῷ σπείους (Od. V, 226). Ante hunc thalamum tertium quoddam videtur πρόθυρον fuisse, in quo deos congregatos videmus in aedibus Vulcani (Od. VIII, 325, coll. 304). Ex hoc fortasse ianua in cortem posticam (Od. XIX, 536) ducebat, quae, ut aula, ἕρκος dici poterat (Od. XXIII, 190).

Ceterum ut Alexandrum in mulierum thalamo arma parantem videmus (Il. VI, 321): ita saepius etiam mulieres in virorum coenaculo versantes deprehendimus. Sedet ibi operi suo intenta Arete (Od. VI, 405), Helena (Od. IV, 121, sqq.), atque ipsa adeo Penelopa, quamvis, dum Ulixes aberat, procorum protervitatem fugere soleret. (Od. XVII, 96). Occisis vero procis haec statim eo advocatur Od. XXIII, 88.

Haec fere sunt, quae de domus Homericae partibus ex ipsis poëtae antiquissimi carminibus erui possunt. Imaginem, quam ita effingimus, quamvis non omnium domorum partes singulas plane eadem ratione descriptas fuisse libenter concedamus, universe tamen ubique expressam invenimus.

Domus Homericae descriptio.



a Ξεστοὶ λίθοι. A πρόθυρον. b θάλαμοι. c σταθμοί. d αἴθουσα αὐλῆς, B αὐλή. e θόλος. f πρόδομος. g θάλαμοι. C πρόθυρον. h ὁδὸς ἐς λαύρην. i δουροδόκη. k ὀρσοθύρη. l ῥῶγες μεγάροιο. m κρητήρ. n ἐσχάρα. D μέγαρον. E θάλαμος. o θάλαμοι. p μυχὸς δόμου. F πρόθυρον. r κλίμαξ. G ἕρκος.

Jahresbericht.

Schon während des vorigen Winters litt der Lehrer der französischen Sprache, Herr Professor *Ropsy*, an einer anhaltenden *Unpässlichkeit*, die uns nicht geringe Besorgnisse erregte. Dennoch war er im Stande, seine Lehrstunden ohne Unterbrechung bis Ostern fortzusetzen. Nach Ostern aber ward er von Woche zu Woche schwächer, so dass seine gänzliche Wiederherstellung kaum zu erwarten war. Durch die gewogene Fürsorge des hochansehnlichen Gymnasiarchalcollegiums ward daher um Johannis eine *interimistische* Einrichtung für den Unterricht im Französischen getroffen. Die Stunden wurden, vom 1sten Julius an, dem Herrn Major *von Lindenfels* übertragen. Der Professor *Ropsy starb* zwei Monate später, am 30sten August. Das Gymnasium verlor an ihm einen sehr geschickten Lehrer, der das ihm verliehene Amt seit 1803 nicht allein mit der grössten Gewissenhaftigkeit und Berufstreue, sondern auch bei seiner gründlichen

Kenntniss seiner Muttersprache, verbunden mit einer nicht geringen Gewandtheit im richtigen deutschen Ausdruck, mit dem besten Erfolg verwaltet hatte. Das erledigte Amt ward um Michaelis dem Herrn Major *von Lindenfels* übertragen, der theils durch die von ihm in dänischer Sprache herausgegebene Grammatik der französischen Sprache, theils durch den in dieser Sprache mehrfach ertheilten Unterricht seine Tüchtigkeit in einem hohen Grade bewährt hatte. Auch diesen treuen und vielseitig gebildeten Lehrer behielt das Gymnasium nicht lange. Nach einer leichteren Unpässlichkeit im vorigen Quartal erkrankte er um Neujahr und starb schon am 16ten Februar. Die Wiederbesetzung der erledigten Stelle ist nächstens zu erwarten.

Ein grosses Vergnügen ist es für mich, anzeigen zu können, dass durch die geneigte Verwendung des hochansehnlichen Gymnasiarchalcollegiums im Lauf des Winters die *Errichtung einer neuen Lehrstelle* am Gymnasium bewirkt worden ist. Ueber die Veränderungen, welche dadurch in unserm Lehrplan hervorgebracht werden können, werde ich erst nach erfolgter Besetzung derselben im nächsten Jahre berichten können; die Verbesserungen aber, welche dadurch möglich werden, verpflichten uns schon jetzt zu dem lebhaftesten Dank.

Im vorjährigen Programm ist berichtet worden, es hätten sich zu der durch die Stiftungsacte vorgeschriebenen Prüfung für das *Gählersche Stipendium* die beiden Abiturienten *Baumgarten* und *Henop*, die beide mit sehr rühmlichem Fleisse sich bei uns für die Universität vorbereitet hätten, gestellt. Auf die Beantwortung mehrerer schriftlichen Fragen, die in Gegenwart Eines Mitgliedes aus Jedem der beiden mit der Entscheidung durch die Stiftungsurkunde beauftragten Collegien ausgearbeitet wurde, erfolgte am 26sten März eine mündliche Prüfung, bei welcher ausser sämmtlichen Mitgliedern der beiden Collegien auch zwei von den Herren Administratoren zugegen waren. Nach gewissenhafter Beurtheilung der schriftlichen und mündlichen Leistungen beider Competenten ward darauf einstimmig dem Selectaner *Baumgarten* das Stipendium zuerkannt, und für ihn der vorgeschriebene gemeinschaftliche Attest ausgefertigt. Nach

den am 13ten April gehaltenen Abschiedsreden, machte Herr Etatsrath *Donner*, R. v. D., den gefassten Beschluss in einer zweckmässigen Anrede auf dem Hörsaale bekannt. Dabei wurde zugleich dem abgehenden Selectaner *Henop* für seine rühmlichen Leistungen eine ehrenvolle Anerkennung zu Theil.

Für den *Klausen'schen Aufmunterungs-* und *Unterstützungsfonds* sind mir im verflossenen Jahre wieder 10 Rthl. oder 16 Rbthl. zugestellt worden. Der ursprüngliche Fonds ist durch die bisherigen jährlichen Beiträge um 125 ℛ vermehrt worden. Aber der edle Mann, der uns seit vier Jahren so theilnehmend unterstützte, ist uns durch den Tod entrissen worden. Oeffentlich nennen darf ich ihn nicht; aber sein Andenken bleibt uns unvergesslich. Es sei mir vergönnt, diesen Fonds, durch welchen mancher Verlegenheit in der Stille abgeholfen wird, der freundlichen Berücksichtigung meiner Mitbürger noch einmal angelegentlichst zu empfehlen.

Die *Gymnasialbibliothek* hat auch im verflossenen Jahre sich einer ermunternden Theilnahme von mehreren Seiten zu erfreuen gehabt, welche wir stets dankbar anerkennen. Herr Etatsrath und Professor Dr. *Schumacher*, R. v. D. und D. M., schenkte uns die astronomischen Nachrichten vom Jahr 1832, nebst den ersten Stücken von 1833, so wie die *Ephemeris of the Distances of the four Planets, Venus, Mars, Jupiter and Saturn from the Moon's Center for* 1829, 31—34 *); Herr Staatsrath und Prof. Dr. *Struve*, Ritter, in Dorpat: die *Beschreibung der Breitengradmessung in den Ostseeprovinzen Russlands* in den Jahren 1821 bis 1831, Th. 1 u. 2, mit den dazu gehörigen Kupfertafeln; Herr Kirchenpropst Dr. *Callisen*, R. v. D., in Schleswig zwei Schulschriften aus Jütland, von *Thorup* in Ripen und *Fibiger* in Colding; Herr Director Dr. *Struve* in Königsberg die Geschichte des Stadtgymnasiums von 1824 bis 1832 mit vorausgeschickten Abhandlungen von *Struve*, *Lucas*, *Ellendt*, *Müttrich* und *Gryczewski*; Herr Prof. *Klausen*, R. v. D.,

*) Die früheren Jahrgänge verdankt die Bibliothek der Güte des verstorbenen Admirals von *Löwenörn*.

die am Königlichen Geburtsfeste gehaltene Rede; Herr Dr. *Wolff* hieselbst seine Dissertation de hypertrophia. Der Güte des Herrn *Hesse* verdanken wir auch in diesem Jahre die Leipziger Litteraturzeitung. Durch ihre *Gelegenheitsschriften* haben uns erfreut die Gelehrtenschulen in *Meldorf*, *Schleswig*, *Husum* und *Flensburg*. Unter mehreren neu angeschafften Büchern nenne ich nur die allgemeine *Encyklopädie* von *Ersch* und *Gruber*, die für den Subscriptionspreis fortgesetzt werden wird, *Spinoza's* Werke von *Paulus* Th. 1. 2. (Jen. 1802, 3), Turnelli opp. (Argent. 1606), théatre des Grecs p. *Brumoy*, T. I—XIII (Par. 1785—89), und die beiden ersten Stücke der zu Berlin erscheinenden neuen Bearbeitung der *Mischnah*.

Was die *Frequenz* der Lehranstalt betrifft, so besuchen dieselbe am Schlusse des Jahrs 93 Gymnasiasten, nemlich 33 Selectaner, 20 Primaner, 15 Secundaner, 11 Tertianer und 14 Quartaner.

Am Ende des vorigen Lehrjahrs blieben 25 *Selectaner* bei uns zurück. Neu aufgenommen wurden 12, nemlich 5 aus Prima, 7, die auswärts vorbereitet waren. Von diesen 37 Selectanern ging Einer schon um Pfingsten auf das Gerücht vom Wiederausbruch der Cholera in das elterliche Haus zurück, ein Anderer erkrankte schwer in der Mitte des Junius, so dass er am Ende des Sommers, um sich wieder zu erholen, uns zu verlassen genöthigt war, Einer endlich musste im Anfang des Julius von der Anstalt entfernt werden. Bald darauf verliess uns in demselben Monat

Carl Hermann Feldmann,

aus Schleswig,

um im elterlichen Hause sich weiter für die Akademie vorzubereiten. Von den auf diese Weise bei uns zurückgebliebenen 33 Selectanern wurden um Michaelis zur Universität entlassen

***Anton Johann Elias Ehlers*,**

aus Altona,

Andreas Wilhelm Bormann,

aus Altona,

und

Heinrich Friedrich Theodor Schwarzenberg,

aus Colmar.

Dagegen wurden drei wieder neu aufgenommen, so dass die Zahl 33 blieb. Von diesen 33 werden jetzt 5 zur Universität entlassen.

Hermann Melchert,

aus Altona,

und

Friedrich Heinrich Bernhard Dölle,

aus Ratzeburg,

haben aus Gründen, denen wir unsere Genehmigung nicht versagen konnten, *privatim* von uns Abschied genommen. In *öffentlichen Reden* werden am Freitage, dem 29sten März, Vormittags um 11 Uhr von der Anstalt Abschied nehmen

Matthias Schröder,

aus Breitenberg,

welcher in deutscher Sprache zeigen wird, welche Gründe den Jüngling bei dem Kampfe der verschiedenen Ansichten in der Theologie dennoch zum Studium dieser Wissenschaft aufmuntern können;

Carl Gustav Andresen,

aus Uetersen,

welcher in lateinischer Sprache die Wichtigkeit und hohe Bedeutung der Philologie darzustellen unternommen hat,

und

Christoph Hermann Piening,

aus Colmar,

welcher ebenfalls in lateinischer Sprache die Verdienste zu schildern sich bemüht, welche die Griechen sich um die civilisirte Welt erworben haben.

Die *öffentliche Prüfung* der vier oberen Klassen wird am Mittwoch, dem 27sten März, Vormittags von 9, Nachmittags von 3 Uhr an, die der Vorbereitungsklasse (Quarta) am Donnerstage, dem 28sten März, Nachmittags von 3 Uhr an Statt haben.

Zu beiden öffentlichen Feierlichkeiten laden wir Se. Excellenz unsern verehrungswürdigen Herrn Protogymnasiarchen, die übrigen Mitglieder des Hochansehnlichen Gymnasiarchalcollegiums, den Hochlöblichen Magistrat, das Ehrwürdige Ministerium, die bürgerlichen Collegien, und Jeden, der freundlichen Antheil an unserer Lehranstalt nimmt, ehrerbietig und ergebenst ein.

FEB 20